?

ΣΗΛΥΒΡΙΑΣ ΙΓΝΑΤΙΟΣ ΧΟΡΤΑΣΜΕΝΟΣ

Platinae, Baptistae (Cremoniensis) Panegyricus in Landam Amplissimi Patris D. Bessarionis Episcopi Sabini, Cardinalis Nicaeni et Patriarchae CPolitani. Illo vivente in publico coetu dictus.

Bzovius inscrivit.

Parisiis, ap. Johannem Petit, 1530 Biblioth. Magaz. n. 31. 960

Migne. P.G. T. 161 v. CV

Trapezuntus, Sinopensium colonia, hujus patria est.... Nec tantum Diogenem admiratus est, Timotheum, Deiphilum poetam, Thalem, Anaximandrum, Anaximenem, Hecateum historicum, Aeschinem rhetorem illum qui in Pompeium invectus est, licet ii agnationis jure propinquiores essent, quin observarerit Socratis leporem, Platonis copiam et amplitudinem, Aristotelis acumen, Isocratis lenitatem et numeros, vim Demosthenis; ab omnibus enim, gentilitatis jure, quod probabile quoque optimum esset, accepit, haeres tot ac tantorum ingeniorum.

Ex his igitur Bessarion animos sumens, ubi primum pueris excessit, cura parentum Byzantium transmittitur, celebrem quondam urbem et doctissimis hominibus liberalibusque studiis affluentem.

Grammatica celeriter ob acumen ingenii poeticaque imbutus, posthabita cura rerum humanarum qua impediri contemplatio divinarum solet, totum se religioni addixit.

Christi namque militiam secutus, ut veram gloriam verosque triumphos pariturum, Dositheo, Archiepiscopo Doriensi, unici exempli moribus et sanctitate viro, in primo tirocinio tante expeditionis duce usus est: cujus virtutem, religionem, doctrinam adeo imbibit ut idem brevi factus videretur. Bessarionis ingenium et mentem prope divinam ad cognitionem rerum occulturum et admirabilium vir sanctissimus contemplatus, adolescentem ipsum ad Archiepiscopum Selymbriensem, virum optimum atque doctissimum misit, unde et oratoriam artem et philosophiam perdisceret, sub quo certe tantum profecit adhibita omni ad imitandum hominem cura, studio ac diligentia, ut judicare postea difficilius fuerit meliorne Bessarion an doctior haberetur.

Postremo autem, ne aliquid tanto ingenio deesset, Plethonem doctissimum praeceptorem, in Peloponneso, nactus, mathematicis accurate imbuitur.

(ἀνοδοθῆ)

Itaque primum sub Archiepiscopis Doriensi ac Selymbriensi, qui tum doctrina inter Graecos antistites et morum sanctitate fulgebant, divinae scientiae latices eo hausit animi incitamento atque ardore, ut omnium spem profectus celeritate antevertit.

Bandini, Aloysii: Commentarius de Vita et Rebus Gestis Bessarionis.
Migne: P. G. T. 161. c. V

Mox acriori philosophiae desiderio incensus in Peloponnesum concessit, Georgium Gemistum, Platonicorum doctissimum, auditurus

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ